



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Svccinctam Doctrinarum Asceticarum Svmmam Comprehendens - Quam
ad majorem omnium in Ascensi proficere cupientium utilitatem ac
subsidium

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

Pars III. De Doctrinis ad Viam unitivam spectantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48214)

PARS III.

DE DOCTRINIS AD VIAM
UNITIVAM SPECTANTIBUS.

HÆc via in perfectissima cum DEO unione (à qua nomenclationem *Unitiva* accepit) & familiaritate consistit ; cùm autem hæc unio moralis duntaxat esse debeat , per memoriæ , intellectus , voluntatis , aliarumque potentiarum usum ad DEI beneplacitum perfectissimè in omnibus perficiendum , hinc ad hanc viam præcipuè pertinent , in primis purissima intentio beneplaciti DEI , perfecta voluntatis suæ cum divina conformatio , & intima familiaritas ac amicitia per frequentis Orationis ac Contemplationis exercitium ; ideo de istis præcipuè hoc loco agendum erit.

CAPUT I.

DE INTENTIONE.

I. Est actus voluntatis , quo purissimum DEI beneplacitum quæritur ; de quo Sponsus in Canticis dixit : *Vulnerasti cor meum , Soror mea Sponsa , vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.* Tria autem de ea Ascetæ specialiter sunt scienda.

II. Primum est , ut bene intelligat naturam rectæ intentionis ; quem in finem triplex ei similitudo servire potest. I. *Recta columna* : ut enim hæc tunc verè recta dicitur , quando sine ulla inclinatione versus terram , sursum erigitur ; ita tunc quoque intentio recta dicitur , per quam sola DEI gloria & beneplacitum , absque ullo proprio emolumento aut solatio , intendi-

tenditur, ita ut, quemadmodum S. Bernardus
 tur, *Delectet nos non tam nostra vel sopita necessitas*
sortita felicitas, quàm quòd ejus in nobis & de nobis
tas adimpleta videatur. 2. *Oculi simplici:* quàm simplici-
 dine Christus usus est, dum dixit: *Si oculus tuus fuerit*
fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, atque
 care voluit; tum demum parem intentionem
 fore, si unicum nobis divinæ gloriæ & beneplacitum
 nem proponamus, neque alium, ob quem intentionem
 plex potius, quàm simplex dici deberet, admittimus
 3. *Manus dextra:* quàm similitudine Christus
 usus est, dum dixit: *Nesciat sinistra tua, quid faciat*
dextra tua. Ubi per dextram Augustinus intellexit
 morem & puram intentionem ad DEUM; per
 obliquum oculum ad umbras falsæ gloriæ.

III. Alterum est, ut bene cognoscat intentionem
 intentionis, quorum quidem sequentia potius
 Ascetis assignantur. 1. Si quis non ægrè ferat, quod
 do opera sua malè succedunt, aut non laudantur
 alijs; nam ut S. Chrysostomus prudenter advertebat
 quemadmodum illi, quos divites esse juvat, si quod
 do in paupertatem inciderint, mœrore afficiuntur
 qui delicijs assuevêre, tenuem ac simplicem vitam
 tolerare non possunt; ita qui laudum amore
 sunt, non solum cum injustè vituperantur, sed
 cum ab alijs assiduè non laudantur, quasi fame quæ
 animum conficiunt. 2. Quando, ut S. Basilianus
 quitur, magnum apud laudantes studium quis præbet
 nec apud vituperatores lentior efficitur. Si enim
 re habet in animo placere DEO, idem erit ubique
 illud efficit, quod dictum est: per arma justitiam
 dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem,
 infamiam

infamiam & bonam famam, ut seductores & veraces.
 Si cum alij præclara patrant opera, tantam quis per-
 cipiat, animo voluptatem, ac si ipse similia perpetrasset,
 & juxta exemplum Moysis dicat: quid æmularis pro
 me quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det
 eis Dominus spiritum suum? 4. Si ad omnia officia,
 honorifica æquè ac humilia, eandem in se promptitu-
 dinem atque alacritatem advertat, id quod Philippus
 III. Hispaniarum Rex symbolo suo expressit, in quo
 leo stabat dextro pede crucem & oleam, altero eque-
 strem hastam præferens, cum inscriptione: ad utrum-
 que paratus. 5. Si non angatur quis, aut distrahatur
 ab agenda in curas, quæ à precibus, curâ conscientiæ,
 DEI memoriâ avocent; qui enim sinceræ intentio-
 nis est, hoc agit, ut facultati, & viribus suis convenien-
 ter agat.

IV. Tertium est, ut convenientem de hoc ex-
 ercizio bonæ intentionis æstimationem concipiat; id
 quod facillè obtinebit, si meminerit, beneplacitum
 DEI, esse præmium omnium, quæ in terris aut cæ-
 lis optari vel expectari possunt, præstantissimum; ha-
 bet enim in se condiciones, quæ ad præmium undequa-
 que perfectissimum, summamque mercedem requiri
 possunt. Est enim 1. merces magna nimis; utpote
 quam ipsi etiam Beati gloriæ suæ gaudiòque præferunt
 parati potiùs beatitudinem suam amittere, quam ut
 DEI beneplacitum in se non adimpletum viderent.
 2. Est merces presentissima: id est, eo statim mo-
 mento persolvenda, quo opus bonum peragitur; &
 quod non parùm æstimari debet) usque aded con-
 stans & permanens, ut nullâ amplius ratione auferri pos-
 sit, cum fieri nequeat, ut Deus in opere aliquo, in quo se-
 mel

mel sibi complacuit, per totam aternitatem non
placeat. 3. Est merces *facillimè* obtinenda: non
bene S. Chryostomus dixit, *non parantur hæc*
non labore, non sudore: sufficit velle, & confecti
omnia.

CAPUT II.

DE RESIGNATIONE VOLUNTATIS

I. Est actus caritatis divinæ, quo Homo
voluntatem cum divina in omnibus conformat
quo quatuor Ascetæ sunt scienda.

II. Primum est, ut summam de hoc
resignationis æstimationem habeat, certoque
suadeat, omnis doctrinæ, quam Christus tot
mis Concionibus tradidit, caput hoc fuisse, ut
nes doceret, suam cum Divina voluntatem in
bus casibus perfectissimè conformare; atque
hæc conformitate omnem hominum profectum
sistere.

III. Secundum est, ut bene cognoscat
Divinæ voluntatis cognoscendæ, quas quidem
ter, sed bene, simplex noster Frater Joannes
nus assignâsse videtur, dum dixit, tres esse
res, à quibus semper voluntas Divina cognoscit
set, nempe DEUM in cælo, Capitulum seu
rem in Ecclesia vel Monasterio, & Rationem
Atque adedò primam Regulam esse, DEI voluntatem
aut prohibitionem in lege aliqua Divina vel natura
ge expressam: Secundam, omnem Dominorum
Majorum, aut Præsidum voluntatem: Terciam
tionem seu intellectum proprium, dum scilicet

tato prius Numinis auxilio eligitur illud, quod DEO
 in talibus circumstantijs magis placere iudicatur. Quo
 in iudicio ut minus quis aberret, suadent Viri pij &
 prudentes, id semper præferendum, quod propriæ in-
 elinationi magis repugnat: quod alteri, quem æquè
 ac nos ipsos diligeremus, suaturi in tali casu essemus:
 & quod denique in hora mortis, aut in iudicio ex-
 tremo constituti, factum à nobis fuisse vellemus, jux-
 ta notum illum versum: Fac modò, quæ quondam fa-
 cta fuisse velis.

IV. Tertium est, ut fundamenta, quibus tota
 hæc conformitas & resignatio innititur, bene intelli-
 gantur, quæ quidem ab ipso Christo S. Catharinæ
 Senensi olim sunt indicata, dum eidem r. suavit, ut
 firmiter crederet eum esse *Potentissimum*, atque ad eò
 nihil sine voluntate ipsius accidere illi posse, uti ipse-
 met olim contestatus est, cum dixit: Nonne duo pas-
 teres asse vaneunt? & unus ex illis non cadet super
 terram sine Patre vestro. Et iterum per Isaiam: Ego
 Dominus, & non est alter: formans lucem, & creans
 tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Do-
 minus, faciens hæc omnia. Clarissimè autem alibi
 per eundem, dum dixit: Væ Assur, virga furoris
 mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio
 mea. Ad Gentem fallacem mittam eum, & contra
 Populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia,
 & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem,
 quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitra-
 bicur, & cor ejus non ita existimabit: sed ad conte-
 rendum erit cor ejus, & ad internecionem Gentium
 non paucarum. Hinc olim Titus Jerosolymam obsi-
 dione cingens, visis in circuitu tot cadaveribus altum
 O 2 ingemuit,

ingemuit, & elatis in cælum oculis ac manibus
 factum illud suum non esse. 2. Suasit, ut
 quoque crederet, eum *Sapientissimum* esse, omnia
 scire in bonum convertere; nam, ut rectè dixit
 philus Bernardinus, subtilissimè se nostris peccatorum
 erroribus insinuat DEUS, non ut approbator
 ticeps, sed ut aversator & corrector, qui ex malis
 plura, quasi ignem ex aqua elicit. Hinc à David
 lius Unicornium vocatur, eò quòd cornua non habet
 supra oculos, ut Taurus, sed infra, ut optimum
 quem, & ubi percutiat. 3. Suasit, ut pariter
 simè crederet, eum *Optimum* esse, atque ad
 etiam omnia in summum nostrum bonum dirigere
 uti rectè S. Hieronymus conclusit dicens: Bonus
 DEUS, & omnia, quæ bonus facit, bona sine
 cesse est. Imò, ut S. Basilius vult, unum hoc
 tibus nostris præsumptum oportet, quòd nihil
 rum, quæ nobis accidunt, malum sit, aut tale,
 lius illo excogitare queamus. Cui consentiens
 mascenus, omnia, inquit, quæ DEI providentiâ
 pulcherrimè ac divinissimè fieri necesse est, atque
 denique, ut meliori modo existere prorsus nequeat.

V. Quartum denique est, ut solidam ad
 doceatque praxin, in hac sese resignatione exercenda
 quæ quidem in duobus ferè capitibus consistit. 1.
 asuescat in omnibus, quæ fiunt, ad Divinam Justitiam
 respicere, dicerèque cum S. Davide: Justus es,
 mine, & rectum (id est, ad optimum finem, necesse est
 ut vel puniat, vel probet, vel præmiet, & hoc
 ci funiculo Adæ secundi, difficulter rumpibili, nos
 se trahat, sibi que arctissimè uniat, directum, judicium
 tuum. 2. Ut instructus sit jaculatorijs orationibus

voluntatem DEI in memoriam revocantibus, iisque
sedulo in varijs casibus utatur, ex qualibus totus psal-
mus centesimus decimus octavus est compositus. Pro
singulis actionibus sequentes servire ex eo possunt. Pro
desiderio : Utinam dirigantur viæ meæ ad custodien-
das justificationes tuas ! Pro Meditatione : In justifica-
tionibus tuis meditabor : non obliviscar sermones tuos.
Pro Examine ; In quo corrigit Adolescentior viam
suam ? in custodiendo sermones tuos. Vel : Co-
gitavi vias meas, & converti pedes meos in testimo-
nia tua. Pro oratione vocali : Appropinquet depre-
catio mea in conspectu tuo, Domine : juxta elo-
quium tuum da mihi intellectum. Vel : Septies in
die laudem dixi tibi, super judicia justitiæ tuæ. Pro
operatione : Levavi manus meas ad mandata tua,
quæ dilexi, & exercebar in justificationibus tuis. Pro
colloquio : In labijs meis pronuntiavi omnia judicia
oris tui. Pro Confessione : Erravi, sicut ovis, quæ
perit : quære servum tuum, quia mandata tua non
sum oblitus. Pro proposito : Juravi, & statui custo-
dire judicia justitiæ tuæ. Pro fuga vitiorum : In cor-
de meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.
Pro gratiarum actione : In æternum non obliviscar
justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me. Pro
Zelo : Tabescere me fecit zelus meus : quia oblitus
sunt verba tua inimici mei. Pro amore DEI : Por-
tio mea, Domine, custodire legem tuam. Vel : Om-
nis consummationis vidi finem : Latum mandatum
tuum nimis. Pro humilitate : Bonum mihi, quia
humiliasti me, ut discam justificationes tuas. Vel :
Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua : & in
verita-

veritate tua humiliasti me. Pro resignatione :
 ratus sum , & non sum turbatus , ut custodiam
 data tua. Pro morbo ; Tuus sum ego : Salva
 fac , ut custodiam mandata tua. Pro desolatione
 Dormitavit anima mea præ tædio ; confirma
 verbis tuis. Contra oculorum curiositatem :
 te oculos meos , ne videant vanitatem : in via
 vivifica me. Contra respectum humanum : Ego
 sederunt Principes , & adversum me loqueba-
 Servus autem tuus exercebatur in iustificatione
 tuis. Contra contemptum : Aufer à me opprobrium
 & contemptum , quia testimonia tua exquisivi.
 tra invidiam ; Particeps ego sum omnium timentium
 te , & custodientium mandata tua. Contra gressum
 Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua : super
 ori meo. Quòd si minùs placeat tanta similitudo
 cum copia , imaginetur sibi Voluntatem suam tantam
 Goliathum , ideòque sequentes quinque alpestrum
 velut limpidissimos quinque lapides assumat , & se
 se contra eum defendat. Et quidem si aliquando
 præteritum est malum , dicat ; Sicut Domino placuit
 ita factum est : Sit nomen Domini benedictum
 præsens : Fiat voluntas tua sicut in cælo , & in terra
 Si futurum : Dominus est , quod bonum est in conspectu
 suis hoc faciat. Si à DEO immissum : Obliviscere
 filii à bonis , quia tu fecisti. Si ab Hominibus
 tum ; Dimitte eum , ut maledicat : Dominus enim
 enim præcepit ei , ut malediceret , & qui
 est , qui audeat dicere ; quare
 sic fecerit ?

CAPUT III.
DE ORATIONE.

I. Est Locutio cum DEO ; juxta illud S. Augustini : Quando legis, loquitur tibi DEUS : quando oras, tu cum DEO loqueris. Clarius P. Balthasar Alvarez Societatis Jesu, orare, inquit, est Spiritum suum ad DEUM elevare, eique res suas omnes familiariter, magnaque cum reverentia communicare, sicut solet Amicus cum Amico, cui fedit. Porro de hac Oratione Sequentia Ascetæ bene notanda sunt.

II. Inprimis quid & quanti facienda sit oratio, nempe quòd sit reverens & amica conversatio cum DEO. Et ideo tum ob summam dignitatem, tum ob necessitatem & utilitatem suam prorsus singularem maximi facienda, cum verè juxta dictum S. Augustini, rectè nôrit vivere, qui rectè novit orare.

III. Bene apprehendere & credere debet triplicem fidei articulum, velut fundamentum, ad orationem cum debita alacritate & dispositione faciendam, quorum primus est, quòd oratio nostra verè cognoscatur à DEO, id quod DEUS ipse per Isaiam Ezechiaë indicari jussit dicens : Vade, & dic Ezechiaë : Hæc dicit Dominus DEUS David Patris tui : Audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. Alter est, quòd nihil dare velit, nisi per orationem, quemadmodum ipse iterum indicavit dicens : Petite, & accipietis : & S. Thomas cum communi Sensu Theologorum tradit. Tertius, quòd oratio semper fructuosa sit futura, si debito modo fiat ; ita enim ipse promisit : Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo,

meo, dabit vobis; eo scilicet modo, quem S. Bernardus indicavit, dum dixit: Unum ex duobus inconstantiter sperare possumus, quoniam aut dabit, quod petimus; aut quod novit utilius.

IV. Nôsse debet, quæ de præparatione orationem scienda sunt, iterumque ad tria capita referri possunt. 1. Omnino necessariam esse præparationem juxta illud Siracidis: Ante orationem præparam animam tuam, & noli esse quasi homo, qui orat DEUM. 2. Diligentiam hujus præparationis præsequi que successum orationis respondere, juxta illud Jeremias vidis: Præparationem cordis eorum audivit Dominus tua. 3. Duplicem esse præparationem adhibendam remotam scilicet, & proximam. Et remotam in tribus consistere, videlicet *ardenti desiderio* randi, quia desiderium pauperum exaudivit Dominus, ut David l. c. ait: *Curarum & affectuum impertinentium remotione*, juxta consilium Thomæ Kempner. Oportet te esse nudum (id est, ut ibidem exponebat sine alicujus creaturæ implica verbo) & purum cor habere, si vis vacare & videre, quam suavis sit Dominus. Verè enim, ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum, inquit Christus: *Amicitia cum DEO & proximo restauratione*: nam, ut rectè S. Clemens ait, precatio, cum precatio sit conversatio & collocutio cum DEO, inter familiares & amicos fieri debet, atque deò supponit deletam offensam. Fixum quippe precatio quia Peccatores DEUS non audit. Hinc & cum proximo amicitia, si quidem dissoluta sit, restauranda est, ita enim Christus clarè indicavit, dum dixit: Si offeras munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, & frater tuus habet aliquid adversum te, relinque

munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari Fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Hinc rectè S. Augustinus infert; Si non oraveritis, spem non habebitis; si aliter, quàm Magister docuerit, oraveritis, non exaudiemini; aut si in oratione mentiti fueritis, non impetrabitis. Ergo & orandum, & verum dicendum est: & sic orandum est, quomodo ille voluit: Velis, nolis, quotidie dicturus es; dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vis securus dicere? fac, quod dicis. Proxiam verò præparationem pariter in tribus consistere, nempe in *firmitate proposito* distractiones & causas earum cavendi ad exemplum Christi Discipulis dicentis: Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem: & ipse avulsus est ab eis: *divina gratia petitione*: ad exemplum S. Matris Ecclesiæ, singulis horis Canonicis versum illum: DEUS in adjutorium &c. præmittentis; *presentia DEI imaginatione*: ita enim iterum Ecclesia nos monet, dum in Laudibus Feriæ quintæ nobis occinit: Speculator adstat desuper, qui nos diebus omnibus actusque nostros prospicit à luce prima in Vesperum.

V. Nôsse debet, quæ conditiones in ipsa orationis serie sint observandæ, nempe tres præcipuè. 1. *Reverentia* tam exterior (quæ in humili ac decenti corporis compositione consistit) quàm interior, debitam attentionem ad ea, quæ oramus, requirens; verè enim magnam injuriam DEO facio, teste S. Bernardo, cum illum precor, ut meam precem audiat, quam ego, qui fundo, non audio. 2. *Fiducia firma*: juxta ipsius Servatoris promissum: Omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & evenient vobis;

O s

hinc

hinc commune Theologorum dogma est, mentis
credendi esse mensuram impetrandi, juxta quam
Etus David dixit : Fiat misericordia tua super
quemadmodum speravimus in te. 3. *Perseve-*
ria ; quia, teste S. Gregorio, virtutis pondus
non habet, quam nequaquam perseverantia
amoris tenet. Veraciter orare est amoris in
punctione gemitus, & non composita verba recitata.

VI. Nôsse debet causas & remedia distrac-
tionum in oratione, quarum quidem tres præcipue
signat Rodriquez. Prima est *propria nostra* in
quam in eo admittimus, quòd rerum vanarum
fectionum terrenarum species & simulacra amantur
ex corde non studeamus ; quale enim frumentum
molendino affundimus, hoc molit & conterit
qualem liquorem vasi infundimus, hunc redoleat
les herbas plantavimus in corde, tales seminabit.
meritò antiqui Patres monebant : Quales orantes
lumus inveniri, tales nos ante orationis tempus
parare debemus : ex præcedenti enim statu mens
que animus in supplicatione formatur. Altera causa
Dæmonis conatus ad orationem impediendam, per
aquæductum, per quem in corda nostra cælestes
tia derivantur : ad quem proinde conatum elidendum
tantò acriori studio ad orationem incumbendum,
que in ea persistendum est, quantò ei infestior
se Dæmonem novimus. Tertia causa est *humana*
bilis & infirmitas per peccatum adeò vitiata, ut, sicut
ste D. Bernardo, vix semel orationem Dominicam
ne distractione recitare possimus. Contra quam
tissimùm humiliatio & vilipensio sui, ex his ipsis distrac-
tionibus desumpta serviet.

VII. Nōsse debet potiores tentationes, quæ circa hoc saluberrimum orationis exercitium occurrere solent, modūque solidum eisdem occurrendi, quarum quidem potiores hæc ferè esse solent. Prima est *consolationum defectus*: pro qua vincenda ostendat

1. Veram devotionem non in sensibili sapore, sed in bona & prompta voluntate DEO serviendi consistere.
2. Revocet in memoriam, uti nihil in orbe, ita neque has desolationes sine voluntate DEI obvenisse, utpote qui eas vel ad negligentiam nostram in præparatione aut alio genere commissam, castigandam, vel ad humilitatem conservandam, vel virtutem ac patientiam probandam, vel majorem suam & nostram gloriam promovendam immisit, unde oportet dicere cum pio Ascera: Adesto mihi Domine JESU, in omni loco & tempore. Hæc mihi sit consolatio, libenter velle catere omni solatio. Etsi tua defuerit consolatio, sit mihi tua voluntas & justa probatio pro summo solatio.
3. Jubeat legere ipsum ejusdem Authoris Caput nonum ex secundo libro, ubi plenam de modo se in simili casu gerendi instructionem inveniet; speciatim verò illa verba jubeat bene ponderare: Nunquam inveni aliquem tam religiosum & devotum, qui non interdum habuerit gratiæ subtractionem, aut non senserit fervoris diminutionem: non enim est dignus alta DEI contemplatione, qui pro DEO non est exercitatus aliqua tribulatione. Solet enim sequentis consolationis tentatio præcedens esse signum. Secunda tentatio est, *mentis instabilitas & distractionum multitudo*: circa quam salubriter iterum illi sequentem Thomæ Kempensis doctrinam in memoriam revocet: Nec est illusio, quòd aliquando in excelsum

subitò

subito raperis, & statim ad solitas ineptias cordis re-
 teris. Illas enim invitè magis pateris, quàm ego
 quamdiu displicent, & reniteris, meritum est, &
 perditio. Non ergo te conturbent alienæ phan-
 de quacunque materia ingestæ. Forte serva pro-
 tum, & intentionem rectam ad DEUM. Invo-
 vinam gratiam, abige cum Abrahamo aves facili-
 orationis consumere volentes; & si filium ora-
 abrumpitur, connecte iterum cum priori parte.
 dubita pergratum, imò gratiorem fore hunc con-
 quàm si absque omni distractione orâsses. Ter-
defectus temporis ad orandum ob varia negotia
 occurrat ostendendo 1. Non requiri longas or-
 nes, sed breves sufficere, quas antiqui Patres frequen-
 ter, imò assiduè usurpâsse dicuntur, ne illa vigilan-
 erecta intentio per productiores moras evanes-
 Ostendat 2. varios modos, quibus hunc defectum
 compensare possit, nempe vel per *pia desideria*, ut
 teste Galfardo, vir desideriorum, vir orationum.
 Et bene semper orat, qui bene semper optat sine inter-
 missione. efficacius enim apud DEUM vota, quàm
 verba clamant. Sic, ut S. Anselmus testatur, oravit
 Moyses, cui tacenti Dominus dixit: quid clamas
 me? clamabat enim corde, quamvis nihil diceret
 re. Ita jure desiderium & incessabilis amor affluens
 est oratio Sanctorum. Aliter idem defectus per
nam vitam, legisque & obedientiæ accuratam imple-
 tionem compensatur, nam ita Siracides docuit dicens
 qui conservat legem, multiplicat orationem: Sacrum
 cium salutare est, attendere mandatis. Huic capite-
 ter S. Augustinus ad stipulans dixit: Vis semper laudare
 re DEUM? bene fac omnia, & laudasti DEUM.

Denique potest, & per illum modum suppleri, quem vir quidam S. Ignatio & Socijs sarcinas portans adhibuisse dicitur, dum illis in hospicio orantibus, in angulo latens dixit: Domine DEUS, viri hi sancti sunt, & ego jumentum ipsorum, quod ipsi volunt, & quærunt, hoc & ego. Quâ oratione altissimæ tandem & extraordinariæ orationis donum consecutus scribitur, uti fusiùs refert Rodriquez. Quarta tentatio est, quod nihil efficiant & impetrent suâ oratione: cui occurrat ostendendo causas varias, ob quas id eveniat. 1. Quia opponunt nubem peccati, ne transeat oratio, & manus sanguine Christi pollutas ad DEUM extendunt; hinc quia is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur, ut rectè dixit S. Gregorius. 2. Quia petunt malè, hinc audire coguntur illud S. Jacobi: Petitiss, & non accipitis, eò quod malè petatis, ut in concupiscentijs vestris insumatis. Justè ergo non exaudiuntur ad votum, ut exaudiantur ad sanitatem, quemadmodum loquitur S. Isidorus, qui & addit: Multi orantes non exaudiuntur, quia DEUS meliora illis providendo, quàm petunt, reservat; sicut contingere solet parvulis, qui, ne in schola vapulent, DEUM exorant; sed non datur illis postulationis effectus, quia impeditur auditio ad profectum. 3. Quia dona sua tardiùs dando commendat, non negat, ut testatur S. Augustinus: Desiderata diu, dulciùs obtinentur: citò autem data vilescunt. Pete, quære, insta: petendo & quærendo crescas, ut capias. Servat tibi DEUS, quod non vult citò dare, ut & tu discas magna magis desiderare.

VIII. Nôsse debet illusiones & fraudes Dæmonis, quibus hoc saluberrimum orationis exercitiù,

aut

aut fructum certè illius impedire conatur, quod plurimas enumerat Ludovicus Granatensis, ex quibus tamen hæc ferè sunt potiores & usitatiores. 1. Quod impellat ad cæremonias sacras & situm corporis deum in oratione contemnendas, quasi incipientes magis, quàm perfectis convenientes. Cui occurratur ostendendo cæremoniarum istarum utilitatem, pote quæ perinde conducunt ad virtutes commendandas & acquirendas, sicut accidentia ad substantiarum productionem & conservationem; & præterea facit, ut homo non secundùm animam duntaxat, sed etiam Servitio Creatoris impendatur, sicque perfectius fiat holocaustum; quæ ratio sanè persuadet, ab etiam perfectis tantò accuratiùs esse observandas, tantò magis ab ijs, quàm ab imperfectis ejusmodi holocaustum expectatur. 2. Quod instiget ad Magistros spirituales contemnendos, eò quòd per orationem ipso DEO velut nobiliori Magistro instituantur, non occurratur ostendendo, quàm constanter DEUS, si morem tenuerit, ut homines pro instructione ad magisterium miserit, ita ut ipsum S. Paulum ad S. Ananiam pro simili instructione ablegârit, atque ideo magister, qui ejusmodi morem & humilitatem neglexerat, dono orationis privârit, & gravissimè errare permitterit, uti ex Hæresiarcharum aliorumque virorum spiritualium ruinâ patet. 3. Quòd semini bono peccatorum desideriorum, etiam zizania malorum immisceatur, que in Angelum Lucis se transformet: cui occurratur dum commendando consilium S. Joannis: Noli omni Spiritui credere, sed probate Spiritus, si ex Deo sint. Quomodo autem probandi sint, mox ostendit dum ait: In hoc cognoscitur Spiritus DEI: Omnis Spiritus

Spiritus, qui confitetur JESUM Christum in carne
 venisse (ejusque exemplo se conformare studet) ex
 DEO est: & omnis Spiritus, qui solvit JESUM
 Christum, ex DEO non est. 4. Quòd inducat
 eos, qui orationis dono præditi sunt, ad alios contem-
 nendos, utpote simili gratiâ non donatos: cui oc-
 currendum ostendendo, sicut à circuli periphoria va-
 riâ lineæ tendunt ad centrum, ita varias quoque in
 hoc orbe vias esse ad DEUM, qui centrum nostrum
 est, perveniendi, unde insipienter alij contemneren-
 tur, qui per alias vias & virtutes, quàm per orationem
 ad DEUM tendunt. 5. Quòd suadeat, ut vel reve-
 lationes petant à DEO, vel certè gratias à DEO in
 oratione acceptas obvijs quibusque, puerorum more,
 manifestent: cui occurrendum ostendendo, quod,
 cum ejusmodi revelationes sint extraordinarius favor
 DEI, qui nec magis Sanctum facit, si adsit: nec minùs
 Sanctum, si absit, meritò non petendæ à DEO, sed
 potiùs, si dentur, cum magna reverentia & humilitate
 acceptandæ sunt, & quantum fieri potest, occultan-
 dæ, exemplo Christi sæpiùs prohibentis, ne miracula
 à se patrata manifestarent. Hinc S. Bernardus rectè
 monet, illam Prophetæ sententiam: Secretum meum
 mihi: in parietibus cubiculi, aut certè in ipso corde es-
 se scribendam, sempèrque ob oculos habendam. 6.
 Quòd incitet ad devotionis exercitium tanti æstiman-
 dum, ut præ illo aliarum virtutum, obedientiæ præ-
 lertim, & mortificationis studium negligatur; qui er-
 ror, teste Granatensi, est unus ex primarijs, qui in hac
 vita solent occurrere; imò & ex universalioribus, quia
 in omnibus, & per omnia destruit vitam spiritualem,
 quæ est Divinæ legis adimpletio, ad quam oratio, ve-
 lut

lut medium ordinatur, quem tamen ordinem & co
ror pervertit, dum ex medio finem, & ex fine me non a
facit. Quare ut huic illusioni solidè occurratur, discer
omnia verba Christi præ oculis habenda sunt: vinct
vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Orati
cem suam, & sequatur me. Quare ita expectat eo, &
cipiat donum orationis, ut tamen semper me tur or
ret, sibi non tantùm in colle thuris, sed etiam murrin
commorandum esse. Sequatur item morem Y rati
ris, qui ita intrat hospitium, & jentaculum tur dia pl
tamen simul etiam sollicitus sit de eo, quod rest corde
nere peragendo; similiter ergo & ipse ita fruere fueror
vinâ dulcedine inter orandum haustâ, ut tamen DEO
solvat, ac paratus sit, ad reliquum vitæ iter per contri
vias tribulationum, amore illius, à quo tam su
recreatur, sustinendarum conficiendum.

IX. Nôsse denique debet potiores circum X
tias, vel industrias, quibus oratio DEO gratior ta. 1
ciôrque fieri solet, quales quidem sequentes Sanct
dentur. 1. Si preces cum Christi orationibus, perio
mitem utrarumque oblationem æterno Patri facta ac Sta
uniantur; sic enim per orationem Christi & reger quæ I
imperfectiones nostræ orationis, & quasi una danda
facta non poterunt non placere æterno Patri. Quon
cum alijs hominibus jungantur, multique simul mater
nam, ut rectè S. Ambrosius dixit, multi minimi, Statui
congregantur unanimes, sunt magni, & multorum pascat
ces impossibile est non audiri; quia, teste Tertullian fectio
coimus in cœtum & Congregationem, ut ad DEU vel ex
quasi factâ manu precationibus ambiamus orantio
Hæc vis DEO grata est. Et, ut S. Chrysostomus dicit, vitor
DEUS frequenter reveretur multitudinem unanimesio si
& co

& consentientem in precando, uti veluti pudore victus, non audeat illis negare. Hinc pulchrè alibi, vis, inquit, discere, quanta sit orationis in Ecclesia factæ potentia? virtus erat Petrus, multisque catenis circumdatus. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia pro eo, & statim eum à carcere liberavit. Quid hac igitur oratione sit potentius, quæ columnam & Ecclesiæ currim adjuvit? ut intelligas primùm eam pollere orationem, quæ cum consensu agitur, & jugi concordia plurimorum hominum. 3. Si ex vero & humili corde procedat, nam, teste Judith, humilium & mansuetorum semper ei placuit deprecatio; & Sacrificium DEO gratissimum est Spiritus contribulatus, & cor contritum & humiliatum non despiciet.

De Meditatione in specie.

X. De hac speciatim sequentia nôsse debet Ascetæ. 1. Quis sit scopus illius, nempe *cultus DEI & Sanctorum*, cum sit verus actus Religionis: *Illustratio intellectûs* in rebus propriam cujusque vocationem ac Statum concernentibus: *Excitatio voluntatis* ad ea, quæ Intellectus facienda dictaverit, executioni mandanda: *Petitio gratiæ* cum congruis affectibus. 2. Quomodo *materia & forma* optima eligi debeat. Et materia quidem optima erit, si vocationi cujusque & Statui accommodata doctrina non, quæ elevet, sed pascat, discutienda assumatur, qualis quidem vel ex perfectionibus Divinis, vel ex Vita Christi & Sanctorum, vel ex præceptis & regulis, vel ex natura virtutum & vitiorum desumi potest. Forma erit optima, si *dispositio* sit optima, id est, præludia aliæque industriæ ad melio-

meliorem successum Meditationis ab Ascetis, & tunc
 cipuè S. Ignatio in Additionibus præscriptæ, stru-
 observentur : si *consideratio* sit optima : id est, si
 ne cujuslibet actionis, aut virtutis, aut vitij natura
 pendatur : motivæque apta ad ea fugienda vel exor-
 da excogitentur, & media pauca, sed efficacia ad
 dem finem indagentur, cum firmo proposito, &
 ceptis illa seriò adhibendi : Si *Colloquia* sint optima
 est, varijs affectibus, maximè gratulationis, doloris,
 militatis, oblationis, desiderij, propositi, spei, im-
 tionis &c. eliciantur, maximè circa virtutem aut
 sterium, quæ sunt materia meditationis : si *Exercitia*
 quoque sit optimum, id est, gratiæ de bono sibi
 su agantur ; dolor de malo concipiatur, radicibus
 que mali successus indagentur, si proposita per
 recolantur, & renoventur. 3. Quantâ cum diligen-
 tiâ & accuratione ea instituenda sit, utpote quæ
 S. Teresia, omnium virtutum comparandarum
 cipium est, & in qua omnium Christianorum vita
 constituta : cujus vel unicus quadrans legitime
 sumptus, teste S. Ignatio, sufficit ad hominem
 tempore ad apicem perfectionis perducendum.
 Quæ industriæ aut dispositiones sint ex nostra parte
 hibendæ ad solidum ex hoc exercitio fructum retin-
 dum, quales sunt : Si insignis & excellens in DEUM
 amor, atque ad res spirituales affectus atque prope-
 procuretur : si cum sincero fine, scilicet non cotumeliosè
 tionis hauriendæ, sed Divinæ gloriæ, suæque ac
 perfectionis promovendæ gratiâ meditatio suscipiatur
 si non puncta duntaxat, sed ipse etiam fructus medi-
 tionis prævideatur : si quis se ante DEUM velut

rum, nudum, mendicum, famelicum, ab omnibus
 derelictum constituat: si affectibus potius volunta-
 tis quàm discursibus intellectus insistatur: si non in
 generalibus duntaxat terminis consistendo, sed ad par-
 ticularia descendendo, virtutis cuiuspiam exercitium,
 aut vitij fuga proponatur: si circa eandem materiam
 magis necessariam, per plures dies meditatio continue-
 tur. Quæ omnia falius explicata apud Rodriquez
 videri possunt.

De Oratione vocali in specie.

XI. De hac speciatim sequentia nôsse debet
 Alcera. 1. Quis sit scopus illius, videlicet *Laudare*
 DEUM & Sanctos illius: *Varias gratias à DEO &*
Sanctis petere: varios virtutum actus exercere, aut cer-
tè earundem eliciendarum propositum concipere. 2.
 Quis solidus & optimus sit, hanc orationem peragen-
 di, videlicet is, quem S. David suasit, dum dixit: *Psal-*
lite DEO nostro, psallite Regi nostro, psal-
lite: quoniam Rex omnis terræ DEUS, psallite sa-
pienter. Ubi quinquies repetito verbo *psallite*, infi-
 tuare videtur voluisse, quoad *habitum & situm corpo-*
ris reverenter: quoad vocem distinctè, & non præci-
pitanter: quoad memoriam attentè: quoad intelle-
ctum intelligenter: quoad voluntatem ardentè & de-
votè esse orandum, quod præstabitur, si affectus in
ipsa oratione contenti, præcipuè gratulationis, dolo-
ris, timoris, fiduciæ, desiderij, amoris eliciantur, &
interna quædam ac singularis reverentia SS. JESU &
MARIÆ nominibus, & ad versum Gloria Patri Ec.
rehibeatur. 3. Quanti facienda sit hæc oratio, quan-
 P 2 tâque

tâque adedè diligentîâ ac reverentiâ peragenda, cum
 rê homines nos, quid oremus, sicut oportet, ne
 mus; qui autem scrutatur corda, sciat, quid desit
 Spiritus, quia secundùm DEUM postulat; atq;
 deò Breviarium & alij similes libelli sint quasi
 nes à S. Spiritu compositæ, & dictatæ; si ergo
 ceptor summo opere dolet, si oratio ab ipso magis
 bore composita, non ea, quâ decet, membrorum
 vocis moderatione decentiâque recitetur; quod
 magis displicebit Spiritui Sancto, si orationes
 dictatæ oscitanter, & parùm decorè persolvantur.

C A P U T I V.

DE CONTEMPLATIONE ET COGNITIONE DEI.

I. Est divinarum perfectionum & attributorum
 intuitiva cognitio; quæ ut facilius obtineatur, quatuor
 de illa bene consideranda sunt Ascetæ, de quibus
 Natura, Materia, Instrumenta, Effectus; de quibus
 fusiùs agunt Scriptores, sed hoc loco breviter
 xat indicanda sunt, quæ magis necessaria sunt
 nam reliqua magis experientia, quàm multis præparatis
 addiscuntur.

II. Naturam itaque Contemplationis quæ
 tinet, Communis omnium, inquit P. Hugo Rossetus
 3. c. 26. sect. 1. qui de contemplandi actu sententiam
 sensus est, nomen hoc pressè ac propriè indicare
 dam rationem res sibi objectas fixè inspiciendi, quæ
 intimè velis penetrare; sic enim oculorum sententiam
 sectè aliquid cognoscimus, quando omnibus alijs
 etis uni illi totam visus aciem intendimus.

quidem etiam liberales scientiæ suas contemplationes, sed à quibus hæc, de qua hîc agitur, contemplatio multum distinguitur, cùm hæc sit verus actus Religionis, atque in modum Orationis ad DEUM, Cælestisque dirigatur, quam proinde aliqui sic definiunt: *Est liber, perspicax, & certus intuitus DEI ac rerum cælestium admirationem afferens, in amorem desinens, atque ex amore procedens.* Unde rectè colligit S. Thomas 2. 2. q. 180. a. 7. licet vita contemplativa principaliter in intellectu consistat, principium tamen in affectu habere, in quantum videlicet aliquis ex caritate ad DEI contemplationem incitatur, iterumque desinere in amorem, dum scilicet aliquis in visione rei amatae delectatur, & ista delectatio rei visæ amplius excitat amorem. Quam ob causam contemplatio DEI omni virtuti & studiosæ actioni præponitur, eò quòd in vera caritate omnium virtutum forma, & meritum origine terminetur; per quam terminationem etiam à Meditatione distinguitur, eò quòd Meditatio quærat duntaxat veritatem, Contemplatio verò in veritate reperta dulciter requiescat, & inhæreat. Unde meditatio est velut pes ambulans ad veritatem, Contemplatio autem velut oculus intuens eam. Meditatio videt DEUM velut in pictura, Contemplatio velut vivam pulchritudinem intuetur, atque adeò longè celerius & efficacius mentem à rebus creatis abstrahit, atque in DEUM per pretiosam æstimationem convertit. Porro duplex communiter, ab Ascetis Contemplatio assignatur, infusa scilicet, & acquisita, quarum illa à solo DEO ortum habet, ideòque non clariorem duntaxat intelligentiam rei contemplatæ tribuit, sed etiam ardentiorum amorem, majorèmq;

suavitatem in voluntate excitat, quàm acquiritur, pote quæ, sicut humano labore ac industria con- ratur, ita plerumque etiam non tam potenter & viter afficit, quemadmodum contemplatio infu-

III. Materia Contemplationis multiplex natur, quæ tamen ad sex ferè capita revocatur, 1. ad DEUM, ejusque attributa ac perfectiones, Christum, ejusque infinitas perfectiones, Vitam, sionem, ac Mortem. 3. Ad Patriam cœlestem, que Incolas, & gaudia, quæ ibidem reperiuntur. Ad Statum Ecclesiæ militantis, ejusque administrationem, ac protectionem. 5. Ad Mundum visibilem, omnèsque res creatas in eo contentas, tenus multitudine, magnitudine, & pulchritudine. Magnificentiam, Majestatem, Sapientiam, aliàsque tributa DEI manifestant. 6. Ad nos ipsos, quæ secundum supernaturalia, quàm naturalia dona & rationes spectatos. Ex quibus omnibus objectis cile patet, hanc viam non habere propriam Contemplationis materiam, sed omnibus reliquis visis communem, atque adeò in solo modo consideranda ferre, dum scilicet via purgativa reflexionem ad proprios defectus cum studio emendationis; illustrativa virtutum exercitium, Christi que imitatione Unitiva verò sapientiam ad Caritatis dulcedinem adducentem, ut loquitur S. Bonaventura de parv. in prædictorum objectorum consideratione inter-

IV. Instrumenta quoque Contemplationis ria assignantur, sed duplicis præcipuè generis, remota scilicet, & propinqua, Remota censentur accurata Materiæ contemplandæ præparatio cum præparatis fructus & affectuum inde eliciendorum, facilitas

currendi & affectus eliciendi, lectio libellorum Asce-
 ticorum, silentium & solitudo strictior, corporis per
 pœnitentiæ opera castigatio, moderatio occupationum
 in studijs vel alijs laboribus, temperantia in victu &
 somno sensuum diligens custodia, & reliqua terrena-
 rum delectationum cautela. Propinqua instrumen-
 ta præcipuè censentur *puritas intentionis*, quâ solum
 DEI beneplacitum semper quæratur; & *puritas af-
 fectionis*, quâ totus amor in DEUM dirigatur. Ad
 quam puritatem non modicè conferet, inquit S. Aug.
 l. c. si gradatio, quâ ad dilectionem pervenitur à S.
 Bonaventura p. 3. de bon. parv. assignata bene perpen-
 datur, nempe quòd 1. per meditationem acquiratur
 spiritualitas, & suavitas cognitionum, & affectuum.
 2. Sequatur gaudium spirituale. 3. Nascatur avidi-
 tas seu sitis, qualem S. Scriptura per sitim cervorum
 exprimit. 4. Ex appetitu oriatur tœdium rerum ter-
 renarum, aliorumque impedimentorum à progressu
 in perfectione retardantium. 5. Mentem invadat
 sancta amentia, quâ mavult quis omnes molestias sub-
 ire, quàm divinorum gultum deserere. 6. Crescat
 fiducia, favores & auxilia varia impetrandi. 7. Opta-
 tissima mentis tranquillitas succedat, quâ homo con-
 tra quaslibet perturbationes solidatur, ut neque cupi-
 ditate, neque timore in diversa rapiatur, velut olim
 in arca Noë inclusi. *Sic itur*, inquit D. Bonaventu-
 ra l. c. *ad caritatem, cuius profectus omnis boni comple-
 mentum inducit. In tranquillitate est pacis multitu-
 do, & quasi finis quietis nostræ quam Dominus Disci-
 pulis promisit.*

V. Fructus denique Contemplationis idem S.
 Bonaventura breviter sequentibus verbis in Itin. c. 24.
 P 4 expressit:

expressit: *Summum in terris beneficium, quod conferri possit, contemplatio est. Habet enim perfectissimas & supremas delectationes; habet quædam quædam virtutes, dona, beatitudines, & fructus Spiritus Sancti: habet ultimam Spiritus creati unionem, adeoque divinam unionem, tantò felicior, tantò immediatior: Habet familiaritatem amicis Cælitibus: habet pacem cordis, qua per somniphoram explicari solet, habet claritatem ex æternæ sapientia participatione, sicut S. Benedictus ex unius radio totum ante oculos Mundum adductum vidit simul animam S. Germani in Cælum ferri, mirè delectabilem refectioem, cuius abundantia rati comparatur: habet cum Cæli Rege, & beatorum Iherusalem Inhabitatoribus conversationem, qualem DEO Moyses expertus est; habet semper florentiam ob affectuum à terrenis elevationem: habet per novos caritatis stimulos sicut focus flammis caritatis habet secreti fidem, quia audit verba, quæ nescit qui. Alij eandem arbori, quam olim S. Joannes vidit in Apocalypsi sua, comparant duodecim fructuum afferenti, qui sunt, 1. Defectuum correctio. 2. Iniquitatum extirpatio. 3. Affectuum ordinatio. 4. Proprii iudicii & voluntatis abnegatio. 5. Tentationum victoria. 6. Virtutum augmentatio. 7. Operum quotidianorum perfectio. 8. Intentionis reformationis. 9. Sensuum interiorum & exteriorum custodia. 10. Tribulationum generosa exantlatio. 11. Pacis tranquillitatis fruitio. 12. Proximi per bona exempla & doctrinas ædificatio.*

VI. Ex quibus omnibus hæcenus dictis præter nunc Contemplationem, cum sit clara & quietissima

initio divinarum voluntatem ad perfectum amorem inflammans, ut plurimum donum perfectorum esse, qui vitijs extinctis & virtutibus acquisitis atque amore DEI magno condecoratis, eam mentis tranquillitatem habent, quâ possint mentis obtutum in DEO figere, & tanquam ligna arida suavissimè igne divini amoris ardere. Hoc tamen non obstante, neminem, ut notat P. Hugo Roth p. 3. c. 26. sect. 1. tam simplicem esse ac rudem, quin ad contemplationis culmen emergere possit, modò ab initio per faciliores discursuum & affectuum vias incedat, & sic impleat, quod Christus Matth. 7. dixit: *Quarite* (per discursum) & *invenietis*. *Petite* (ardentia iuspiria eliciendo) & *accipietis*: *pulsate* (per intensiores affectus instando) & *aperietur vobis*:

CAPUT V.

DE AMICITIA.

I. Est juxta S. Thomam 2. 2. q. 23. ar. 1. amor mutuae benevolentiae super aliqua communicatione fundatus. Vel juxta S. Augustinum ep. 45. magis accommodatè ad amicitiam hominis cum DEO, est omnium humanarum, divinarumque rerum cum benevolentia & caritate summa consensio. Porro de amicitia duo praecipuè Ascetae sunt notanda.

II. Primum est, ut sciat, quænam potissimum Amicitia quaerenda & conservanda sit, ea scilicet, de qua pius Asceta sic loquitur: Sine Amico non potes bene vivere, & si JESUS non fuerit tibi praeter omnibus amicus, eris nimis tristis & desolatus. Ob binam autem causam hic praeter cæteris in amicum est eligendus.

dus. Priorem idem Author libr. c. indicat, dicitur
 Dilectio creaturæ fallax & instabilis; dilectio
 fidelis & perseverabilis. Qui adhæret creaturæ,
 det cum labili: qui amplectitur JESUM, firmus
 in ævum. Illum dilige, & amicum tibi retine.
 omnibus recedentibus te non relinquet, nec
 in fine perire. Teneas te apud JESUM vivas
 riens, & illius fidelitati te committe, qui, omnibus
 deficientibus, solus te potest juvare. Posterior
 Augustinus his verbis indicavit; Nihil delectatur
 DEO; nam in homine sunt, quæ te offendunt,
 leras tamen propter amicitiam. DEI amicitia,
 bus rebus debet cogi, ut dissolvatur à te, non
 nies. Et non est DEUS, qui te offendar, si tu
 non offendas; nihil eo pulchrius, nihil dulcius,
 alibi idem Author sic animam alloquitur; O
 mea, dilige eum, à quo tantum dilecta es. Ego
 lum amicum tuum præ omnibus amicis tuis, quæ
 omnia subtracta fuerint, solus tibi fidem servabit
 die sepulturæ tuæ, cum omnes amici tui recedant
 ille te non derelinquet, sed tuebitur à rugientibus
 paratis ad escam. Quanti verò æstimanda sit haec
 micitia, paucis, sed efficacibus verbis indicavit
 Gregorius, dum exclamavit: O mira divinæ
 tatis dignatio! Servi digni non sumus, & amici
 mur: Quanta dignitas est hominum, esse
 DEI; Porro quibus medijs hæc amicitia proce
 da & conservanda sit, pulchrè indicavit libellus de
 Christi, dum ait: Magna ars est, scire cum JESU
 conversari, & scire JESUM tenere, magna prae
 tia. Esto humilis & pacificus, & erit tecum
 SUS. Sis devotus & quietus, & manebit tecum
 JESU

JESUS, Potes citò fugare JESUM, & gratiam ejus perdere, si volueris ad exteriora declinare. Et si illum effugaveris, & perdidideris, ad quem fugies, & quem tunc quæres amicum? Nõne hoc est majus damnum, quàm si totum perderes Mundum? quid potest tibi Mundus conferre sine JESU?

III. Alterum est, ut nõrit discernere & fugere particulares & noxias amicitias, quod ut tantò certius præster, Primò, nõsse in genere debet, quænam particulares & noxiæ amicitia dicendæ sint, scilicet omnis illa, cujus causa & fundamentum non est DEUS, De qua clariùs locutus S. Basilius, Caritatem quidem, inquit, habere inter se mutuam debent Fratres, non ita tamen, ut duo, tresve seorsim à cæteris Sodalitatem ineanr, Quandoquidem hoc non caritas, sed carnalitas, sed seditio & divisio foret, & eorum, qui sic coeunt, improbitatis judicium, Secundò, nõsse debet species harum amicitiarum, quarum tres enumerat Alphonsus Rodriguez, quarum prima est eorum, qui ob similitudinem naturæ, aut amabilitatem, formamque corporis se mutuò plùs, quàm alios diligunt. Altera eorum, qui certis quibusdam Personis, à quibus promotionem ad honorata officia sperant, adhærent, eorùmq; gratiam & favorem varijs obsequijs aucupantur. Tertia & pessima est eorum, qui inter se coeunt ad novitates in Religionem inducendas, & constitutiones ejusdem convellendas, de quibus proin jure dicatur illud Canticorum: Filij Matris meæ pugnaverunt contra me. 3. Nõsse debet indicia, per quæ cognosci possunt ejusmodi amicitia, quæ quidem clarè S. Laurentius Justin. sequentibus verbis indicavit; Hic amor, cum in corde impru-

imprudētis exortus radices mittere ac pullulare
 perit, corporalem quærit dilecti præsentiam, cum
 eodem habitare, cum eodem loqui desiderat. Sicut
 autem ex ipsius gaudet aspectu, ita absentia contem-
 tur. Solus vult cum eo, quem diligit sensualiter
 qui: solus cum eo conversari, quia in illius mente
 habitare jam cœpit; livore quippe invidiæ accendit
 si quempiam ab eodem diligi, & cum eodem con-
 versari perspexerit. Absentiam etiam ipsius, magis
 sibi delectationis jacturam æstimat. Sicut enim
 singulariter, ita & amari vult; atque cæco sedulo
 errore ignorat, se vesano amore percussum. 4. Nihil
 se debet damna, quæ ex talibus amicitijs oriri solent
 & ad tria ferè capita revocari possunt, dum scilicet
 Deo subtrahitur debitus amor, aut certè in creaturam
 viditur; quâ ob causam, ut observavit S. Chryso-
 stus post Resurrectionem suam non est versatus cum Discipulis
 quadraginta diebus, sed per quadraginta dies
 volabat enim, ac devolabat rursus. Cur ita tantè
 subducebat animos illorum ad altiora, nec patiebatur
 illos similiter erga ipsum sic affectos esse, quemad-
 modum prius fuerant. Siquidem sic erant affecti,
 admodum ægrè ab illo divellerentur. Unde & cum
 solans illos dicit: Expedi vobis, ut ego vadam. Deinde
 de ipsi quoque *Communitati* seu *Religioni* graviter
 cent; nam inducunt varias divisiones, clanculæ
 congressus, conspirationes, odia, suspiciones, invidias
 inimicitias, atque adeò deterrima pestis Religionum
 merito vocantur. Denique ijs ipsis, qui eos tollunt
 nocent gravissimè, dum & omni merito eos pervertunt
 (nam, teste D. Thoma, dilectio amicorum propter
 DEUM mercedem non habet, quando propter se
 soluntur)

solùm amantur, quia amici sunt) & gratiarum divinarum influxum impediunt; nam si, ut bene discurret S. Bernardus, Apostoli carni Dominicæ inhærentes, quæ sola sancta erat, Spiritu Sancto repleti nequiverunt, donec tolleretur ab eis, tu carni tuæ (& carnalibus socijs) adstrictus & conglutinator, illum meracissimum Spiritum te putas posse suscipere, nisi carnis istis consolationibus funditus renuntiare tentaveris? Id quod benè advertit S. Gertrudis, hinc cavebat maximè in verbis, ne cujusquam hominis cor sibi attraheret, néve in ejus se amicitiam insinuaret, unde quâvis pòst occasione retraheretur. Omnem enim amicitiam humanam, cujus advertere potuit causam, fundamentumque non esse DEUM, ut virus lethale abhorrebat, malebátque obsequijs ac beneficijs cujusunque carere, quàm admittere, ut humano secum favore cor cujusquam esset occupatum. Eiusdem animi Joannes de Luca ex Ordine S. Francisci erat, qui, cum à quodam interrogatus fuisset, cur tantopere Fratrum consortium vitaret? Respondit, id se ob ipsorum bonum facere; quantò enim ipse DEO unitus foret, tantò plùs eorum commodis se prospècturum; teneriores verò cum ijs amicitias à DEO retrahere, adeoque sibi & ipsis officere.

CAPUT VI.

DE GAUDIO.

I. Est affectio animi, alicujus præsentis boni opinione vel possessione concepta, unde facilè patet, cum DEUS sit unicum & summum bonum, in ejus possessione solum verum gaudium reperiri. Porro
de

de hoc gaudio quatuor præcipuè sunt sciendæ, licia, habent
 cetæ.

II. Primum est, ut bene apprehendat fundamētum, super quod gaudium nostrum, ut ita dicam, ædificari & inniti debet, quod quidem fundamētum Cæsarius breviter his verbis indicavit: Verum gaudium non possidetur, nisi pax & iustitia teneatur. prima enim est, & quasi radix iustitia, secunda pax, tertia gaudium: de iustitia nascitur pax, de pace gaudium generatur.

III. Alterum est, ut bene consideret, firmamēque credat, quod S. Hieronymus pronuntians sequentibus verbis: Difficile, imò impossibile est præsentibus quis & futuris fruatur bonis: ut & ventrem, & ibi mentem repleat: ut de delicijs transire ad delicias, & in utroque sæculo primus sit. In quo sensum etiam S. Bernardus, errat, ait, omnino, si quis caelestem illam dulcedinem huic cineri; divinam illud balsamum huic veneno; charismata illa Spiritus Sancti misceri posse huiusmodi illecebris arbitretur. Quomodo enim ignis & aqua simul esse non possunt, sic spirituales & carnales deliciae in eodem loco compatiuntur.

IV. Tertium est, ut, quò faciliùs electionem inter spirituales & carnales seu sensibiles delicias facere possit, discrimen earum bene apprehendere studiat, quod quidem more suo egregiè S. Gregorius sequentibus verbis describit: Hoc distat inter delicias corporis & corporis, quòd corporales deliciae, cum non habentur, grave in se desiderium accendunt; cum vero tò avidè eduntur, comedentè protinus in sui fastidium per sui satietatem vertunt. At contra spirituales de-

deliciae, cum non habentur, in fastidio sunt; cum vero habentur, in desiderio, tantoque à comedente amplius esuriuntur, quanto & ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet; in istis appetitus vilis est, & experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat; in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit; augent enim spirituales deliciae desiderium in mente, dum satiant, quia quanto magis eorum sapor percipitur, eò amplius cognoscitur, quod avidius ametur, & idcirco non habitæ amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Ita ille. Quibus addi potest, quòd ad verum gaudium requiratur, ut semper haberi queat, hominemque plenè satiet, & invito seu contra voluntatem auferri non possit; hæc autem conditiones, ut consideranti facile patebit, in solis spiritualibus delicijs, utpote ex DEO immenso, summè bono, & omnipotente reperiantur.

V. Quartum est, ut generoso animo se resolvat ad delicias spirituales, sprete terrenis, gustandas; nam gustato spiritu desipit omnis caro. Id, quod S. Augustinus expertum se fatetur, exclamans: O quàm suave mihi subito factum est, carere suavitatibus nugarum! & quas amittere metus fuerat, jam dimittere gaudium erat. Ejiciebas enim eas à me vera tu & summa suavitas, ejiciebas eas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, sed non carni & sanguini; omni luce clavior, sed homini secreto interiori: omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. Unde rectè hortatur S. Gregorius Nazianzenus, adsit modò voluntas, animique propositum, propinqua est consolatio in ore tuo & corde tuo: Memor fui DEI, & de-

& delectatus sum. Quid memoriâ paratius? mor ergo esto tu quoque DEI, & delectaberis. facilem & parabilem medicinam! O celerem ceteri rationem! O egregiam beneficij magnitudinem non modò animi dejectionem, mœsticiamque DEI recordatio, sed & delectationem affert. & adversa omnia dulcia facit, teste S. Chrysostomo sicut enim in mare decidens immensum brevis sic la facilè deletur; sic quantacunque DEUM allidantur, velut in vastum lætitiæ pelagus incidunt extinguntur, atque perduntur.

C A P U T VII.
DE FELICITATE.

I. Est id, quod vitam sufficientem, optabilem ac nullius indigam præstat. de qua tria scienda sunt. Ascetæ.

II. Primum est, ut certò sibi persuadeat, felicitatem in summi boni possessione consistere, adeò in nulla re creata felicitatem objectivam homini constitui posse, cum omnis talis res finita sit, ac capacitatem appetitûs humani explere non queat. Ius ergo DEUS felicitas objectiva dici potest. debet.

III. Alterum est, ut pariter sibi persuadeat, hujus boni possessionem non aliter, quàm per virtutem moralem seu amorem fieri posse; per hunc enim amorem conjungit se homo cum summo bono, atque adeò ipso, quo modo fieri potest ordinatè fruatur.

IV. Tertium est, ut sciat, hunc amorem duplicem esse, affectivum scilicet, & effectivum, per quorum priorem gratulatur homo DEO suum esse, gaudereque ipsum esse summum bonum, quod ab omnibus jure merito appetatur; per posteriorem verò omnia, quæ vel intra se, vel extra se agit, ad hujus summi boni seu DEI majorem gloriam & beneplacitum ordinat.

CAPUT VIII.

DE PACE.

I. Est partium tranquillus consensus; ita ut ad eundem finem consequendum omnes conspirent; de qua sequentia quatuor præcipuè scienda sunt Ascetæ.

II. Primum est, ut bene cognoscat, quid sit veram animi pacem habere. Nempe ut animus hominis nullo inordinato affectu aut passione, qui sunt gravissimi hostes animæ, turbetur. Perfecta namque victoria (& per consequens etiam pax) est, de semetipso triumphare; qui enim semetipsum subiectum tenet, ut sensualitas rationi, & ratio in cunctis obediat DEO, hic verè victor est sui, & Dominus Mundi, inquit rectè Kempensis Thomas. In quem sensum etiam S. Augustinus, pacifici, inquit, in seipsis sunt, qui omnes animi motus componentes, & subjicientes rationi & spiritui, carnalésque concupiscentias habentes edomitas fiunt regnum DEI, in quo ita ordinata sunt omnia, ut id, quod est in homine præcipuum & excellens, hoc imperet, cæteris non reluctans, quæ sunt nobis, bestiisque communia. Atque idipsum, quod excellit in homine, id est, mens & ratio,

Q

sub-

subjiciatur potiori, DEO scilicet. Et hæc est
quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis
vita consummati perfectique Sapiens.

III. Alterum est, ut dignè æstimet, & arde
quærat hanc pacem; quod obtinebit, si bene
fideret, quod S. Hieronymus dixit; Omne seculum
Philosophos tantum habet bonitatis, quantum
unitatis; propterea in exordio Mundi vidit DEUS
cetera, quæ fecerat, & erant valde bona. Imò,
Augustinus ait, tanta vis & potentia unitatis est
bona sunt, tunc multum etiam placeant, cum in
versum aliquid conveniunt, atque concurrunt.
versum autem ab unitate nomen accepit. Et
fructus hujus pacis ex ipsa similitudine cum pa-
terna satis colligi potest; ut enim concordia res
væ crescunt, discordia maximæ dilabuntur;
ipsum de pace interna cum divitijs & opibus
libus comparata dici potest.

IV. Tertium est, ut fortiter rejicere
tissima impedimenta pacis, quorum quatuor
assignat S. Bernardus, scilicet culpam mordentem,
curam pungentem, affectum vigentem, & tribulationem
nem cruciantem; sed fortè omnia ad inordinatam
cupiscentiam reduci possunt juxta illud S. Jacobi
de bella & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscentijs
vestris, quæ militant in membris vestris.
est, quod pius Author indicare voluit, dicens:
igitur non quælibet res adepta vel multiplicata
sed potiùs contempta, & decisa ex corde radicata
Nec diu stabit pax illa quæ sita forinsecus, si vacet
ro fundamento status cordis.

V. Quartum est, ut etiam adjuvamenta ad dictam pacem conducentia noverit, quæ quidem pariter ad quatuor capita revocavit pius Asceta, dum dixit: Fidei, nunc docebo te viam pacis, & veræ libertatis. Stude alterius potius facere voluntatem, quam tuam. Elige semper minus, quam plus habere. Quære semper inferiorem locum, & omnibus subesse. Opta semper, & ora, ut voluntas DEI integrè in te fiat. Ecce talis homo ingreditur fines pacis, & quietis.

CAPUT IX.

DE CONSOLATIONE.

I. Est medium quoddam ad suum vel alterius animum excitandum, vel recreandum à consolante ordinatum; de qua tria specialiter nôsse oportet Ascetam.

II. Primum est, ut bene addiscat, ubi vera consolatio quærenda sit, quâ quidem in re facem prætulit S. Augustinus, dum dixit: Hoc est, quod nos & lætificat in omnibus laboribus & periculis vitæ hujus, amor noster in DEUM, & pium studium, & certamen, & fervor spiritûs. Et brevius S. Bernardus: Illud verum ac solidum gaudium est, quod non à creaturis, sed à Creatore percipitur.

III. Alterum est, ut bene nôrit, ad quem finem à DEO dentur consolationes, scilicet ut sint ei instar alarum, quæ ipsum subvehant ad viam mandatorum alacriter currendam, promoveântque ad contemptum voluntatis propriæ, & appetituum malè ordinatorum, carnisque mortificationem. Hinc David dicebat: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatâsti

Q²

(per

(per consolationes) cor meum. Unde sedulo cō-
dum, ne eiusmodi consolationes propter se dum
appetantur, sed potius curandum, ut ad prædium
semper finem referantur, ideoque tantum accipi-
tur, ut animus alacrior expeditiorque reddatur ad
actionem suam perfectius adimplendam.

IV. Tertium est, ut sciat, quomodo res
consolationum sese gerere debeat, quod quidem
alijs copiosè ac præclarè docuit S. Franciscus Salesius
qui sequentes ferè doctrinas suggerit. 1. Ut, cum
do sentiuntur eiusmodi consolationes, infigantur,
quis coram DEO humiliet, caveatque, ne propter
valde perfectum aut specialiter DEO dilectum
meret; cum non in illis, sed perfectâ caritate, ver-
lidâque perfectio consistat. 2. Ut agnoscat, se
huc Infantem esse in perfectione, qui lacte opor-
teat, saccaroque, quo ad DEUM amandum
utitur. 3. Ut easdem consolationes magni facti-
cum humilitate recipiat, non tam ob id, quod
sunt, quàm quòd à manu DEI nobis suppeditantur.
4. Ut hoc tempore in bonis operibus faciendis,
tutibusque exercendis, solito sit diligentior & ex-
tior. 5. Ut cor suum ab illis avocet, quantum
se, ijs renunciando, ut tantò plenius omnem affectum
suum in DEUM transferat. 6. Ut, si quid ex
ordinarium hâc in re accidat, fideliter id Directori
aperiat. Hucusque S. Franciscus Salesius. Quibus
regulis S. Ignatij addi potest. 7. Ut, dum in
consolatione, prospiciat, quo pacto se gerere vel
consolatione deinceps irruente, ut jam inde acrimonia
& robur animi maturè comparet, ad ejus imperium
reprimendum.